Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisches Lesebuch nach der Stufenfolge der Formenlehre für die ersten Anfänger

Krebs, Johann Philipp

Gießen, 1820

Erster Anhang

urn:nbn:de:bsz:31-264307

Visual Library

Erſter Anhang.

Kurze hiſtoriſche Notizen aus der Römiſchen Geſchichte.

	a. C.	a. U.
Aeneas cum Troianis in Italiam venit et Lavinium condit	1178	424
Alba Longa ab Ascanio, Aeneae filio, conditur	1152	398
Rhea Silvia geminos pueros, Romulum Remumque genuit	779	25
	a. C.	U. c.
Romulus et Remus urbem Romam condunt	753	1
Numa Pompilius rex creatur	715	39
Tullus Hostilius rex creatur	673	81
Ancus Marcius rex creatur	641	113
L. Tarquinius Priscus rex creatur	616	138
Servius Tullius succedit	578	176
L. Tarquinius Superbus se ipsum regem facit	534	220
Rex cum stirpe sua urbe expellitur. Duo consules creantur, *L. Junius Brutus* et *L. Tarquinius Collatinus.* Ita reipublicae forma mutatur	509	245
T. Lartius primus Dictator dicitur	501	253
Plebs in sacrum montem secedit. Tribuni plebis primi creantur	494	260
C. Marcius Coriolanus damnatus exulatum abit	491	263
Fabia gens gerit bellum cum Veientibus	479	275
L. Quinctius Cincinnatus Dictator	458	296

	a. C.	a. U.
Decemviri legibus scribendis creantur. Duodecim tabulas legum proponunt	451	303
Tribuni militum consulari potestate primi creantur	444	310
Stipendium primum datur militibus	406	348
M. Furius Camillus Dictator Faliscos et Capenates devincit, et urbem Veios capit	396	358
Galli Romam capiunt et incendunt, praeter Capitolium. Camillus Dictator dictus Gallos ad internecionem paene delet	390	364
M. Manlius Capitolinus maiestatis damnatus de saxo Tarpeio deiicitur	383	371
Primi plebeii consules creantur. Duo novi magistratus inveniuntur, Praetores et duo Aediles curules	366	388
T. Manlius singulari certamine Galli occidit, inde *Torquatus*	361	393
Primus Dictator de plebe dicitur C. Marcius Rutilus	356	398
Primus Censor de plebe creatur C. Marcius Rutilus	351	403
M. Valerius singulari certamine Gallum occidit, inde *Corvus*	349	405
P. Decius Mus in bello cum Latinis et Campanis se pro patria devovet	340	414
Exercitus Romanus in Furculis Caudinis inclusus sub iugum mittitur a Samnitibus	321	433
P. Decius Mus filius in bello cum Etruscis Diis Manibus se devovet	295	459
Pyrrhus rex Tarentinis opem ferens cum Romanis bellum gerit. C. Fabricius Luscinus regis liberalitate vinci non potest	280	474
Manius Curius Dentatus Pyrrhum regem devincit	275	479
Umbri Sarsinates et Sallentini cum Messapiis in deditionem accipiuntur. Ex		

	a. C.	a. U.
hoc tempore tota Italia vetus, media et inferior in potestate est Romanorum	266	488
Initium belli Punici primi	264	490
C. Duilius classem Carthaginiensium ad Mylas superat	260	494
L. Manlius Vulso et M. Atilius Regulus in Africam trajiciunt	256	498
Romani in Africa a Carthaginiensibus, Xanthippo duce, vincuntur. Regulus capitur	255	499
Hamilcar Barcas a Carthaginiensibus dux in Siciliam mittitur, et plurimum nocet Romanis	248	506
L. Lutatius Catulus et P. Valerius classem Carthaginiensium profligant. Finis belli primi Punici. Tota fere Sicilia prima fit provincia Romanorum	242	512
Sardinia et Corsica fit Romanorum. Bella Gallica renovantur	238	516
Saguntus, Hispaniae urbs, socia Romanorum ab Hannibale exciditur. Initium belli Punici secundi. Hannibal Alpes superat ac Romanos ad Ticinum et Trebiam amnes profligat	218	536
Hannibal cum C. Flaminio Nepote ad lacum Trasimenum confligit ac Romanos fundit. Q. Fabius Dictator cunctando Hannibalis conata frustatur	217	537
Pugna ad Cannas, qua Romani ad internecionem fere vincuntur. Hannibal Capuam in hiberna concedit	216	538
M. Claudius Marcellus urbem Syracusas, quam tres annos Archimedes operibus suis defenderat, dolo ac vi capit	212	542
P. Cornelius Scipio in Hispaniam mittitur, res prospere gerit et Carthaginem novam vi capit	211	543
Hasdrubal, Hannibalis filius a C. Claudio Nerone et M. Livio Salinatore ad Metaurum fluvium divincitur	207	547

	a. C.	a. U.
Scipio, Hispania devicta, in Africam trajicit	204	550
Hannibal ex Italia revocatus apud Zamam cum Scipione confligit. Finis belli Punici secundi.	202	552
Philippum, regem Macedoniae, T. Quinctius Flaminius in tumulis Cynoscephalis vincit	197	557
Romani, L. Scipione duce, in Asiam traiiciunt et Antiochi, regis Syriae, copias ad Magnesiam devincunt	190	564
L. Aemilius Paullus Perseum, regem Macedoniae, apud Pydnam devincit. Macedonia provincia fit Romanorum	168	586
Legati ab Atheniensibus Romam missi sunt, Carneades Academicus, Diogenes Stoicus et Critolaus Peripateticus	155	599
Bellum Punicum tertium incipit	150	604
P. Cornelius Scipio Aemilianus Carthaginem capit et incensam diruit. Pari modo L. Mummius bellum Achaicum conficit et Corinthum delet	146	608
Viriathus, qui per plures annos in Lusitania cum Romanis bene rem gesserat, clam per proditores interficitur	140	614
Numantia, Hispaniae urbs, a P. Scipione diruitur.		
Tiberius Sempronius Gracchus Tribunus plebis legem agrariam fert, et in tumultu hac de re orto a P. Scipione Nasica occiditur	133	621
C. Gracchus, Tribunus plebis et M. Fulvius cum magna civium multitudine caeduntur	121	633
Initium belli Jugurthini	116	638
Q. Caecilius Metellus Jugurtham proelio vincit	109	645
C. Marius bellum contra Jugurtham conficere iubetur.	107	647
Jugurtha a Boccho rege L. Cornelio Sul-		

	a. C.	a. U.
lae Quaestori a Mario misso vivus traditur, Romam ducitur ac necatur	106	648
Ambrones et Teutoni a C. Mario ad Aquas Sextias ingenti proelio delentur	102	652
Idem Marius Cimbros in campis Raudiis non procul Verona magna caede vincit	101	653
Initium belli socialis sive Marsici	91	663
Initium belli Mithridatici. Factiones oriuntur inter Marium et Sullam. Marii, pater et filius, effugiunt	90	664
L. Sulla urbem Athenas, quam Archelaus, praefectus classi Mithridaticae, tenebat, oppugnat, eamque sequente anno capit, et Archelaum ad Chaeroneam vincit.	87	667
Mariani saeviunt in Sullanos. Cinna occiditur.	86	668
L. Sulla, victis omnibus copiis contra eum missis, victor urbem Romam intrat, et victoriam crudelem in Marianis exercet. Dictator perpetuus creatur	82	672
Q. Sertorius in Hispania a Lusitanis adiutus contra Romanos rebellat	80	674
Bellum Mithridaticum feliciter gerit L. Lucullus	74	680
Bellum servile sive Spartacium. Tertio anno conficitur	73	681
Q. Sertorius per insidias interficitur	72	682
Bellum piraticum, quod plures annos iam ante male gestum erat, a Cn. Pompeio Magno conficitur	67	687
Eidem Cn. Pompeio, lege Manilia, bellum contra Mithridatem decernitur. Pompeius Mithridatem devincit et in Bosporum fugere cogit	66	688
Coniuratio Catilinae contra rempublicam a Cicerone detegitur. Nonnulli coniurati in carcere necantur, et Catilina sequenti anno cum tribus millibus circiter hominum ab Antonio occiditur.	63	691

	a. C.	a. U.
C. Julius Caesar, Cn. Pompeius et M. Licinius Crassus societatem inter se jungunt	59	695
M. Tullius Cicero a P. Clodio Tribuno plebis impugnatus urbe expellitur. — Julius Caesar in Helvetia, Gallia, Belgico, Germania et Britannia ex hoc anno multas res feliciter gerit. Pompeii Crassique potentia in dies augetur	58	696
M. Crassus funestam adversus Parthos expeditionem facit, capitur et occiditur	53	701
Julius Caesar et Cn. Pompeius bellum inter se gerere incipiunt. Ille Rubiconem transit et omnes Pompeii praefectos fugat ac Pompeium Italia excedere cogit. Romae Dictator renuntiatus est. Pariter in Hispania Pompeii praefecti ad deditionem adiguntur.	49	705
Pugna apud Pharsalum in Thessalia Pompeio a Caesare committitur. Pompeius fugit, Aegyptum petit et in ora maritima interficitur	48	706
Caesar Pharnacem, Mithridatis filium vincit	47	707
Idem apud Thapsum Scipionis exercitus profligat. M. Cato Uticae se ipse interimit	46	708
In Hispania Caesar ad Mundam atroci proelio Cn. Pompeium filium vincit. Romam revertitur multaque ibi nova instituit. Dictator in perpetuum creatur	45	709
Julius Caesar a multis coniuratis, ducibus M. Bruto et C. Cassio, in senatu confoditur Idibus Martiis. Antonius omnia miscere coepit.	44	710
Caesar Octavianus, M. Antonius et M. Lepidus Triumviri reipublicae constituendae fiunt, et Caesaris interfectores eorum amicos crudeliter persequun-		

	a. C.	a. U.
tur. Multi proscribuntur et necantur, inter quos M. et Q. Cicerones.	43	711
Pugna apud Philippos contra Brutum et Cassium confligitur. Uterque cadit	42	712
Caesar Octavianus arma capit contra L. Antonium. Oritur bellum Perusinum.	41	713
Sextus Pompeius classibus oras maritimas Italiae infestat	40	714
Discordia maxima inter Caesarem Octavianum et M. Antonium exoritur. Utrimque bellum summa ope parabatur	32	722
Pugna navalis apud Actium, promontorium Epiri, inter Caesarem et Antonium sive Cleopatram committitur. Cleopatra et Antonius fugiunt, eorum classis aut incendio deletur aut capitur.	31	723
Antonius et Cleopatra Aegyptum petunt. Ibi uterque ne in hostis potestatem caderet, se ipse interimit		
Ita Caesar Octavianus solus omnium superfuit, cui tandem populus Romanus perpetuum dominatum nomine *Augusti* concessit.	30	724

Zweyter Anhang.

Geſchichte des Römiſchen Königthums.

Ein Auszug aus Livius.

1. Sati constat, Troia capta, Aenean domo profugum in Italiam venisse et Laurentem agrum tenuisse 1). Ibi egressi Troiani quum praedam ex agris agerent, Latinus rex Aboriginesque, qui tum ea tenebant loca, ad arcendam vim advenarum armati ex urbe atque agris concurrunt. Proelio victus Latinus pacem cum Aenea, deinde affinitatem iunxit, filia Aeneae in matrimonium data. Troiani

1) beſetzen.